



Ung VI 182

Occasionalia  
potissimum carmina  
vol. 22  
W-182.

W-182.

# ODE GRATVLABVNDA,

Eademque

Viro summe Reuerendo, Amplissimo atque  
Excellentissimo,

# IO. GEORGIO NEVMANNO,

Doctori et Professori Theologo longe Celeberrimo, Electoralium Alumnorum Ephoro grauissimo, et  
Academiae Bibliothecario praeclare merito,  
hoc tempore Magnifico Prorectori,  
secunda Nuptiarum solemnia  
cum Virgine, maximum quodque sexus elegantioris  
ornamentum complexa,

# BEATA CHRISTIANA,

Viri

Consultissimi, Amplissimi, Excellentissimique

# VILELMI LYSERI,

Heredis in Rauenstein,

Icti, et in hac Academia Antecessoris, Curiae Provincialis, Senatus Ecclesiastici, Scabinatus, et Ordinis  
Iuridici Assessoris, exquisitissimorum fama meritorum Incluti,

nunc coelo recepti,  
optatissima quondam Filia,  
IX Kalendas Martias

A. R. G.

∞ 100 CIII

Vitembergae festo ritu et perauspicato celebranti,  
obseruantiae caulla

sacra

ab

Academia Vitembergensi

**E**latus alto sidera uertice  
Heros in auras Aesonius ferit,  
Phryxea uictor cum sepulco  
Vellera corripuit Dracone.

Sed praeda magno stat pretio nimis,  
Cum scandit Argo Colchica femina,  
Vulnus mariti, quae superba  
Tecta cremat, laceratque gnatos.

Splendente tantum munere diuitis  
Nemo metalli gaudeat incubans,  
Medea quantum concitato  
More parit furiis dolorum.

Maius, refulgens ac sibi Phasidos  
Suspendit arbor, fert tibi commodum  
Virtus BEATAE, cum prioris  
Coniugii data daimna sarcit.

Pandit

Pandit uirescens Hesperidum nemus  
Laudata coniux: porrigit aureum,  
Quo tanta uitae, tanta fortis,  
Monstra licet superare, ramum.

Quem dat LYSERI filia sanguinis  
O quam beato! discite, uirgines,  
Quaerenda uerae dona dotis,  
Sidereumque decus LYSERAЕ.

Lux haec auitos marmoreis ciet  
Manes sepulcris, et cineri pio  
Spirat calorem. motat illac  
Offsa Pater, Polycarpus istac.

I, Nupta, sanctos laetior ad lares,  
I, linque carae non lacrymans sinum  
Matris. quid usquam uota singunt,  
Quin thalami noua cura praestet?

Hinc

Hinc te sororem prosequitur Charis,  
Virtusque nutrix, et Pietas parens,  
Custosque coeli protegentis  
Gratia, Laetitiaeque coetus.

Vides, ut altis sub penetralibus  
Expectet amplis te cumulis Honos,  
Auctaeque rebus lecta messis  
Copia, Deliciaeque mentis.

Domus Caloul nomine cognita,  
Regina Reginam accipe uirginum,  
Sceptrisque delatis repone  
Lumine splendidiore Gemmam.

Felicis ambo iungite foedera  
Tori. LYSERAM reddite gloriam  
Partu nepotum, quo Vilelmus,  
Et redeat Polycarpus Orbi

---

PRELO SCHROEDTERIANO  
EODEM Q. ACADEMICO.

May VI 182

V017



# ODE GRATVLABVNDA,

Eademque

Viro summe Reuerendo, Amplissimo atque  
Excellentissimo,

# IO. GEORGIO NEVMANNO,

Doctori et Professori Theologo longe Celeberrim  
n Alumnorum Ephoro grauissimo, et  
Bibliothecario praeclare merito,  
pore Magnifico Prorectori,  
la Nuptiarum solemnia  
iximum quodque sexus elegantioris  
namentum complexa,

# CHRISTIANA,

Viri  
, Amplissimi, Excellentissimique  
**LMI LYSERI,**  
eredis in Rauenstein,  
cademia Antecessoris, Curiae Pro-  
s Ecclesiastici, Scabinatus, et Ordinis  
exquisitissimorum fama meritorum Incluti,  
nunc coelo recepri,  
ptatissima quondam Filia,  
IIX Kalendas Martias

A. R. G.

∞ 150 ciii  
te festo ritu et perauspicato celebranti,  
obseruantiae causa  
sacra  
ab

mia Vitembergensi

Farbkarte #13

